

1350. *Memoriale eteosticon vetustum, electrali laminae insculptum, metricum de initio extructionis turris templi D. Georgii.*

Turris principium tria CCC numerant L et aevum.

Gratia Romana fuit et pestis triduana,

Funera flens potis haec tria millia mensibus in sex.

Tunc stimulus Stoicos fuit Ur torquens et Hebraeos.

Aevum praestat millenarium numerum, per synecdochin numeri infiniti pro finito longo.

Gratia Romana, i. e. annus jubilarius.

Pestis triduana. Hic geminanda litera N, ut idem praestet, quod triennis.

Stoicos. Templarii possunt intelligi a templis dicti, i. e. domini de porticu, i. e. templo, ut sit synecdoche partis pro toto. Nam eo tempore omnes Templarii cum suis coenobiis et templo vel  $\sigma\tau\omicron\tilde{\alpha}$ , i. e. porticu, per VR, hoc est chaldaice ignem, per totum Romanum imperium sublati sunt.

Hebraei quoque per stimulum VR, hoc est ignis, torti sunt, hoc est quod eodem tempore aquis, ferro et flammis passim in imperio Romano sublati.

1352. twe Olderlude tho S. Jurgen, nemblich Hermen van Osenbrugge und Johan van Zeinsen, sindt von den Raspeluden mit des Rades Itade erstlich geforen, sub tempus Quadragesimae [Febr.].

1354. cappella beatae Virginis Hannoverae ante portam Aegidianam aedificatur, quae tamen initio renovatae religionis destructa et fundus ad munitionem urbis translatus fuit. Locus hodie der Zimmerhoff.

1355. Wernerus et Segebandt van Berge (de Monte) nunc florere, etiam superstites anno 1367.

1359. Thidericus et Arnoldus fratres die Crudenere superstites.

1360. septem civitatum (videlicet Brunsvicensis, Goslariensis, Lüneburgensis, Hannoverensis, Embecensis, Hamelensis et Helmstedensis) confoederatio ad triennium